filia populi sui contritione maxima et plaga intolerabili percussa sit.
Alii persona prophetae haec dici arbitrantur; Si egressus fuero ad
agros ecce occisi gladio, et si introiero ciuitatem ecce attenuati fame
siue dolor famis, prophetae quoque et sacerdotes abierunt in terram quam ig
norabant; Justa causa plangendi quod uirgo contrita sit, filia percussa
populusque deletus; Si enim inquit foras exire uoluero, interfectos uidebo
Si ingredi ciuitatem, attenuatos et ossibus uix haerentes famis necessitate
conspiciam; Et quid mirum hoc de plebe et ignobili uulgo dicere, cum pro
phetae quoque et sacerdotes qui aliis prospera prophetabant, et quid debe
bant legis aperire mandata, ipsi uerint in terram quam ignorabant, et cap
tiuitatis sustinuerint malum; audiant hoc prophetae nostri et sacerdo
tes quod nec intus nec foris propter neglegentiam eorum sit ulla securitas;
Quod et eos scandalizent qui foris sunt, et eos qui intus fame interitum patian
tur, et qui auctores fuerint peccandi sint cruciatuum socii; Numquid
proiciens abiecisti iudam aut sion abominata est anima tua quare
ergo percussisti nos ita et nulla sit sanitas expectauimus pacem et non
est bonum et tempus curationis et ecce turbatio? Miratur prophetia
quod iudam et hierusalem duarum uidelicet tribuum regnum in quo
erat et religio dei et templi ceremoniae dominus tam repente proiecerit, et
tanta percusserit plaga, ut nulla possit adhiberi medicina; Expecta
uimus inquit pacem et tempus curationis et nullum est bonum; sed
econtra turbatio; ut ubi prius fuerat cultus dei atque tranquillitas ibi sedi
tionibus et hostili fremitu omnia conplerentur; Si quando ergo et nostra
sion noster que iudas abicitur et abominator illum anima dei nequaquam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0150